

Labitur caelo, miscbitque oscula iuxta.

21 A Jeremia exhibitum huius moni-
menti ac translationis exemplum. Invenit
locum spelunca, & Tabernaculum & Arcam
& altare incensu intus illius; & ostium ob-
struxit. Aliquando apertum ostium, & ex
sepulchris aliquando aliquid forsitan inventum?
Ignis & alia sacra supellex fuerunt inventa
(instit Doctissimus Sanctius hic, n. 18.) Arca
tamen inventa neque memoria, Dei thronus
& sedes, quo divinae oraculum maiestatis,
non invenitur, & tantum ornamenta patent
oculis? Theatrum fuit Assumptionis in cae-
lum Virginis-Matris, quae Numinis thronus,
uti mytica Arca federis. Cum ornato collo-
cata est in sepulchro, statuitur monumento:
ceterum dum denud sepulta quaeritur, non
invenitur. Arca inventa neque memoria in
gloriae signum, dumtaxat corporis reliqua
supellex sacra. Adinstit Eliae, dum ascendit
in caelum, reliquit pallium. Ubi enim cor-
pus est, quod ad venerationem collocatum
in sepulchro? Locus Arcae dumtaxat in tem-
plo, in Deitatis Sanctuario. Intulerunt Sa-
cerdotes Arcam federis Domini in locum
suum, in Oraculum templi, in Sanctum-San-
ctorum, subter alas Cherubim. Templum di-
citur locus eius; quia vel mortuae Virgini
in sepulchro non est locus. Nequicquam vi-
dent aperientes sepulchra. Ecce locus, ubi
posuerunt eam. Sublimior cogitatur cor-
poris gratia, quando viderunt tantum lin-
teamina posita. Quid? Quod Arca sita in sep-
ulchri Sanctuario, pro templi loco colloca-
barur in caelo; ut cunctis demonstraret ma-
iestatem, subter alas Cherubim. Iam ergo vi-
detur quid. Apertum est templum Dei in cae-
lo, & visa est Arca testamenti eius in templo.
Quid quaeritis in sepulchro? Surrexit, non
est hic. Caelum congruit Arca Dei. Ibi colitur,
ibi uti loco proprio a cordibus adora-
tur. Iubilans in Arca Domini Dei toto ani-
mo (subdit Damascen. d. ferm. 2.) Tu verò
d' sacerdotum sepulchrorum sacratissimum! Ubi
nam est aurum illud purum, quod manus
Apostolorum in te condiderunt? Ubi divitiae,
quae consumi nequeunt? Ubi pretiosus ille the-
saurus, qui vitam suscepit? Ubi novum vo-
lumen, in quo ineffabiliter Deus-Verbum
sine manu inscriptum fuit? Ubi abyssus
gratiae? Ubi pelagus curationum? Ubi est de-
siderabile illud Deiparae Virgini corpus? Non
in sepulchro: locus Arcae est in Sanctuario:
ideo visa est Arca Dei in caelo. Arcam habet
Namen:

Possidet Arca Iovem,
Onus caeli tulit.

22 Videatur iam Virginis sepulchrum

Petron.
Cam.
31. &
34.

quam gloriosum; habens in filij sepulchro
glorificationis exemplum. Ioseph cum acce-
pisset corpus Iesu; posuit illud in monumento
suo novo, quod exciderat in petra. Unde suo, si
Christi sepulchrum fuit; dicimus Tautologi-
seq. D. 1. num. 9. In monumento suo novo.
Novo. Sanè. Cum cadavere Christi, novitas
estulgurat monumenti. Cadaveri instituitur
sepulchrum: & cum Christi corpore novum
designatur monumentum; quippe novum,
& admiratione dignum, in monumento ubi
corpus collocatum, non inveniri corpus, ni-
si tantum monumentum. Sepulchrum dicitur,
quo cadaver continetur: si non habet,
cenotaphium: in Salvatorisque tumulo signa-
tur novitas, ut pateret cadaveris admirabi-
lis maiestas: equidem cito cadavere, novumque
in sepulchro cadaver non invenire sepul-
chrum: quandoquidem quod signum mor-
tis, propter gloriam insequi immortalitatis.
Si illius sepulchrum sollicitè quaeritur, nec in
illo sepulchrum invenitur: cuius enim cor-
pus gloria immortalitatis illustraverat, tan-
tum quibat videri locus, quibus positus fue-
rat. Sepulchrum Virginis sepulchrum voca-
bimus? Trepidat devotum pectus. Si sepul-
chrum, erit sepulchrum novum; quippe tan-
tum monumenti monumentum. Locus videri
potest, corpus non valet: nequit esse in
sepulchro, quae vel corpore triumphans sedet
in caelo. Ex Tautologia conficitur. Iter fe-
cerunt per desertum, quae non habitabantur. In
morte corpus ab anima inhabitante deseri-
tur, & amplius non habitatur. Privilegium
elucet in signe Virginis-Matris, in huiusmo-
di desertis: igitur corpus resumpsit deser-
tum morte in sepulchro; ut anima & corpo-
re habitaret in caelo. Ascendens de deserto
Regina mundi (subdit Bernard. d.) & iam
Angelis sanctis speciosa facta est, & suavis
in delicijs suis. Ceteris ut servis dicitur. In-
tra in gaudium Domini tui (ut vidimus,
n. 7.) quia in gaudium Domini; quod ne-
queunt vel in ipsa fruitione comprehendere.
Ita D. Thom. hic. Cum gaudium maius est,
tunc gaudium intrat in cor ad differentiam
que gloriae, Iesus signatur ingredi in castel-
lum Mariae: ut optimam partem in eius gloria
immortali designet; quandoquidem vel
incomprehensibilem Virgo-Mater comprehen-
dit. Intravit, ut habitaret sicut creator
in mundo, glorificator in caelesti choro, Im-
perator in regno, Pater-familias in domo,
Pontifex in templo, Sponsus in thalamo, ac-
que Rex Regum in throno. Latetur orbis
(subdit Sophron. d.) quia hodie nobis omni-
bus eius meritis, salus aucta. Quid mirum
in mundo, si gloria etiam augetur in caelo?

Matthi.
27. 60.

Car. XII.
sepul-
chrum
dicitur
novum

Quod fa-
nit mor-
tis, in-
sequi im-
mortalitatis

Sapientia
81. 2.

Bernard.

Moethi
d.

Quomodo
ad videri
gloriae fr-
lize

Sophr.

Rea

Regnat & in Superos ius habet illa Deos:
Figat sic animos in mea vota suos.

DIDASCALIA V.

Monachorum clausura, ani-
marum custodia.

1 Hinc Seneca in Troad, v. 508. ac-
cinit: Clausura commissum te-
gunt. Qui vel hostis lumini tegitur, in vul-
nus non invenitur. Non videtur in ictum,
qui non videtur. Quid non periculi foris, si
periculum in latebris?

2 Simi profundum conde depositum.
Interius recedendum: cubiculum scilicet
intra cubiculum. Quid non formidabit fra-
gile pectus; ubi patitur vulnus, qui in tuto
positus? Securior Religiosus eris (inquit
Novarin. Unbr. Virgin. Excurs. 63. n. 627.)
si se putas non securum. Sanctior evadet, si
esse curat, quod creditur esse. Minimeque
credetur inliciti perfectione esse in mun-
do, & extra mundum; si videtur in compit-
tis, sicut ceteri hominum. Si procul, bona-
rati: si iuxta, sancti contemptivus: inquit Pe-
tr. Damiani, de Contemp. Saecul. in Apo-
log. cap. 26. Variantur ad honorem colo-
res eminus & coninus. Pudet, si fallit aspe-
ctus: & despiciat uti vitrum nullius pretij,
quod oculos allicebat fulgoris pretio-
sitate. Fulgor utilitas ex habitus forma: ve-
rus ex instituti observantia. Ille uti in vitro
Solis lux: hic splendor, uti Sol: despiciat
que iure, si splendor & non a se. Unde si
extra clausura (qui septi vivunt in claustris)
quaerunt honores; decidunt merito ab in-
anibus cogitationibus suis: decidunt sane
in ludibrium; quippe errantes non se inve-
niant, qui in claustris non inveniuntur. Va-
gus cadit, clausura surgit. Ille dum distra-
hitur, vel splendore non creditur: hic etiam
sine splendore, quod non est, creditur esse;
quoniam ex instituti observantia, conciliat
venerationem clausura. Claudian. in 4.
Consular. Honor. à v. 78. succinit:
Hic nova moliri praecipit: hic quaerere tuta
Providus. Hic pulsus, collectis viribus ille.
Claud. Hic vagus excurrens: hic inter clausura re-
ducitur, Dissimiles.

Senec.

Idem.

Novar.

Non se in-
veniant,
qui in
claustris
non inve-
niuntur.

Claud.

Sap. 13.

mundi; ubi deserta relinquuntur habitata,
ut habitentur deserta. Desertum habet pen-
det a carentia societatis; sed a carentia cog-
itationum cordis: diciturque desertum in-
habitatum, dum sufficibat desertum;
quippe non fat in desertum fuga a mundo,
si in deserto abdicti mundi inhabitat cogi-
tatio. Fugio illic Monachus, ut servetur a
periculis animus: minimeque ex fuga effu-
giet periculum; si desertum non desertum.
Perperam se custodiet, si illuc redijt a quo
fugit: & tunc desertum non erit; quoniam
propter saeculi fallacis hospitium, iam deser-
teret desertum: animaque hostium periculo
exponitur, ni in deserto custodiatur:
quandoquidem illi egressionem pro sensuum
inutili libertate; idem est exire ac mori.

3 Sanguisuga dicitur sunt filia, dicitur:
Affer, affer. Per hirudinem signatur anima,
sicut per filias visus & auditus sensus,
quorum insaturabilis appetitus: non enim
saturatur oculus viui, nec auris auditu im-
pletur. Pagnin. Privatissimi duo filia insat-
urabiles. Symbolum arbitror Monachi
animae, mundi percussae prurigine, vana-
rum futillum cogitationum seductae curiosi-
tate, meretricisque sensibilibus privatione;
quin cogitet fugisse in clausura, ut libera-
retur ab huiusmodi erumina; ceterisque
minime liberari a servitute, sed tyrannidem
augeri: igitur insatiabilis aviditatis nulla
invenitur fruitio vel in gaudio; sicuti
Nunquam plena licet satiatur sanguine virago.

Semper dicunt sensus, Affer, affer: equi-
dem cum huiusmodi bona cogitata non
sunt bona; illis non satiatur anima: imò ex
usu illorum, vanitatum exercitio, concu-
piscit concupiscitiam in Monasterij deser-
tero. Quia sanguisuga indoles vaga, in-
cluditur in ampulla. Totus conatus est ex-
ire, & septa rumpere: haecque vividè signa-
tur anima imprudentis monachi; quoniam
simulataque sanguisuga praebet exitus, volu-
tatur in pulvere plena foribus. Custodi-
tur, ne fordescat: & egredi instat; ex cu-
ius articulo, exemplum perditionis obji-
citur Religioso: igitur idem è claustris li-
berè exire, ac foribus volutari, & sicut
sanguisuga, simul in foribus mori: ma-
lisque inteliciter repleta succumbit anima;
dum vitae puritas arcis servabatur in clau-
sura. Duae filiae clamant incessanter, Affer,
affer. Quid astringendum? Virtutum ac per-
fectionis periculum: equidem per vitam & au-
dita, sensuum insidiarices illecebras; flamma
intensa vocationis introducitur frigiditas.

4 A qua quae ad sacra Bacchi inferebat-
tur

Fugam illi
di pendit
à corde.

Prova
30. 15.

Pagnin.

In mu-
si felici-
tate non
concupis-
cit: sed
desiderat

Camert.
Centur. 4
Emh. 74.

Pericula
sunt vitae,
& clam
stris egredi-
di.

Qua aqua bat ubi

tur in templum, immutabatur in vinum; verum si educeretur extra templi portam, rursus converteretur in aquam: de quo nobis sermo fuit, in Ephemerid. Haud fecus accidit, qui in Monasterio veniunt, fugientes mundum; ubi in Dei obsequium sine virtute, sine calore, sæculi frigiditate lauguidi, & sicut aquæ decurrentes in vitia; quippe usquequaque mundi dolis rigent corda. Anima torpescit, quandiū in illo manserit. Ante faciem frigiditatis eius quis sustinebit? Videt perire frigiditate, renuens in templum transire. Excitatur vocatione, transit, flammescit. Ex virtute flammæ virtutem accipit vini; permanetque virtus intra clausuram templi. Arbitrans, virtutem etiam in clausura faculo, permanere posse, cupit avidè exire; exituque extinguitur petoris flamma, intra templum custodita: equidem prurientes auribus, illusis sedatione ac apparentia luminibus, iugulant focam in clausura virtutem; redcentes in priscam lethalem frigiditatem. Clausura Monacho debet esse labyrinthus. Quo ducit amor, gratissimus error. Debet esse Monacho gratus, quoniam ibi valde tutus: Monasteriumque uti labyrinthus eunt; quoniam qui semel ingreditur, nescit egredi: flammaque concepta sanctæ vocationis durat;

In scrulo Monachi vocatio.

Rem6d 67.

Plin.

Cum vniuersis maris gariat

Bernard

Si circum semper nos labyrinthus agat.
5 De Margarita, lib. 9. cap. 35, inquit Plinius: *In aqua mollis unio: exemptus, protinus arefcit.* Elucet effectus frigiditatis, duritia cordis: usque pulchritudo emarcescit attrita, ubi in concha quibat esse gemma, vel margarita pretiosa. Unde qua in aqua ita docilis, inflexibilis? Ex vento, quo extenditur astimabilis materia, & simul excusserat in clausura: equidem in foris vanitatem recepisset, in concha clausura pretiositatem fervaret. Labor & laboræ & voluntaria paupertas sunt Monachorum insignia (ait Bernard. de Morib. & officio Episcop. cap. 9. nult.) hæc vitam solent nobilitare monasticam. Vestri autem oculi omne sublime vident: vestri pedes omne forum circumuehant: vestra lingua in omnibus audiantur consilijs. Quorsum tanta, qua prorsum ab instituto aliena? Ut fopiatu faculi vento vocationis flamma; ut redeat faculi oblitus frigiditas: ut evanescat margarita pretiositas: nihilque in animabus possit imprimi virtutis, præ duricia averti à clausura cordis. Dicit vel Ethicus, lib. 1. Eleg. 6. v. 21.
Exire quam sepe, time: seu visere dicat
Sacra.

Quisquis & occurret, ne possit crimē habere, Stet prociol.

Sic fieri iubet ipse Deus, sic magna sacerdos.
6 De corallio (cuius pretiositate nec usa olim Synagoga ad ornamenta) diximus, Tom. 6. T. 7. D. 1. num. 5. ex Plinio, in aqua esse molle, tactuque durefcere, imò lapidescere. Unde Ovidius, 4. Metam. fab. 18. accinit:

Super æquora saxum.
Natal. Comes hic observat, Corallium dici Maris pupillam. Perproprè in nostram Didascaliam. Quicquid extraneum pupillam ladiit, & videre rectè prohibet; oculisque plorat statim, quippe in usum tangit obicem. Iurè eijcitur è templo; cui, relicta clausura, congruit corallij conditio: igitur prætermittit, modò egrediatur in aëra; quòd vocationem sopiat cordis duritia: ita ut propter pertinaciam inflexibilem, nullam virtutis possit recipere imaginem. In aqua ut herba virebat, crescebat, germinabat: verum lapidescit tactum vento; ut cogitet Monachus, quanti conficit extractio: equidem postquam exit; conversatio de virtute, sicut in exercitium, lapidè loqui.

Herba fuit mollis, pelagi nutrita sub undis, Qui modò purpureo cadit honore lapis.
O Deo felicissimè addite! Niniuum ne crede colori: non te quaesieris extrà, si desideratur gloria: igitur dum tibi videris in culmine dignitatis, eris lapis obfusconis. Patet in plausu tamquam in pupilla acerbitas; dum tacta erumpit in lachrymas: potestque arceri dolore, dum tactus amore faculi: igitur exprimit vulnus, si cor erumpit in fletus. Unde si ab alieno tangeris, ut fenticosis illecebris, & nequaquam vel dolore respiscis; signum profectò, quasi in pupilla cum obice, visa non rectè videres quandoquidem amabit errorem, quisquis itineris plani reliquerit reditidinem.

7 De amore capto à Musis fctum, pro libertate elegisti clausuram, quo liberius potiretur, quamvis magno pretio à matre redimebatur: ita Dionys. Lebeus-Barill. Emblem. 40. computratque cardueli in cavea, nolenti exire; & quamvis aperta porta. *Affectus cauta caveam sic diligit ales.*
Ut non, cum possit, liber abire velit.

Quod videtur in Monacho privato libertatis, est securum atque murus protectionis. Ob libertatem quam diligit, libertatem videns respuit: equidem si captus harmoniæ ac canticorum amore; in choro musulorum liber erit ab accipitre. Quia à seculo ligata erat anima, vinculis rumpere conabatur.

Tiboll.

Nat. Cò Corallij maris pupilla.

Ovid.

Virg.

Idem.

Felixque libertas.

Cur Monachi typhur

Bargioc

Epip. 3. 3. 3.

Illius saluato, sine clausura

Americapuri à Music.

Lebeug Barill.

Carter clausuri non carcer, sed custodia.

ba.

Bocci

batur vincula: & obtinuit libertatem, ubi elegit inclusionem; igitur ferrum in illam directum, non illam vulneravit, sed obicem vinculorum; & pro libertate in clausuram fugit cor; quia laqueus contritus est: manetque in Monasterio sine læsione, quasi columba in caverna maceria. Mundus (ut Virgilium retorquamus, 5. Æneid. à v. 507. Adduco constitit arcus,

Alta petens, pariterq; oculos, telumq; tetendit: Ast ipsam miserandus avem contingere ferro Non valuit: nodos & vincula linea rupit, Quæ innoxia pedem malo pendebat ab alto, illa Notos atque atra volans in nubilia fugit. Feliciter fugit, verum denuò infeliciter apparuit: igitur

Iam vacuo letam celo speculatus & alis Plaudentem, nigra fixit sub nube columbam. Decidit ex animis, vitamque reliquit, Haud valuit animam capere mundus; ac in mundo, quem fugerat, cepit diabolus; libertatemque cum vita infeliciter amisit, quia cum posset, in vinculis liberè degere, noluit.

8 *Quis non carcere clauditur* (inquit Petrarca lib. 2. de Remedi. V. F. Dialog. 64.) *aut quis inde digreditur, nisi dum moritur? Multos periculo instanti carcer eripuit. Limen proclipeo fuit & exisse nocuit. Quid scis, an fortasse non carcer, sed custodia a sit? Quoties evasisse penituit, & carcerem, quem diuturnum queri ceperant; non fuisse perpetuum, questi sunt? Sedit, ex quo d'c natus es, & antequam nascereris, in carcerem atque in vincula missum. Ne sit electione novum; ut libertas amittatur, maximore si quaritur. Tutior locus non est seruo Dei (ait N. Kempis, Exercit. spir. tal. cap. 4.) quam latere in secretis. Periculosus semper exitus cellæ. mansio quidem quies devotissima v. t. e.*

In ipsa anima perpicuum videtur. In carcerem corporis includitur, vinculis traditur; vinculorumque non piget, imò egredi de carcere dolet. Solicitant sanè allecti colore libertatis, vulnera & captivitatibus periculum, quoram in clausura, anima liberata & crepta de laqueo venantium: indicantque simul, relicto amore clausuræ; quò spontè vadunt, non reliquisse corde. Profectò demonstrat opus, qualis vocationis animus: quæ quidem si esset vera; igitur recessus vel aperta portæ: vocationisque, inficiatur flammiferum splendorem, declarans nullum, vel extinctum lumen; quisquis potitur, si haberit libertatis occasionem. Taxat Boetius, 3. de Consolat. Philosoph. Metr. 2. à v. 16.

Que canit garulla ramis Ales, cave clauditur antro.
Tom. VIII. Taut.

Huic licet illita poculla melle, Largæque dapes dulcis studio Luæe bonivium cura ministrat; Si tamen alto saliens tecto, Nemorum altis viderit umbras; Sparfas pedibus proterit scas: Silvas tantum massa requirit, Sivas dulci voce susurrat.

9 Ne cum orbe, aquis summergendo, Noëmus cataclysmo periret; cum suis in arcæ clausuram, Dei vocem sequens, recessit. Ingrederet tu, & omnis domus tua in arcam. Iustum enim Numen viderat; & ut salvaretur, custodiæ mancipat: equidem si liber esset, & salutem & libertatem amitteret, expositus mundi periculo extremo, ni recessisset à mundo. Ergo Noë & filij eius sunt in clausuram ingressi, & percutibus universis salvi facti. Tempore congruo clausi sunt fontes abyssi, atque cataractæ cæli, & immixtae sunt aquæ. Terra tandem apparuit, sed cautus fenex apparente non credidit; ut discant Monachi periculum, qui apparentia speciosa quarunt exitum: equidem cum dolus formetur, ubi titulus in exitus deauratur videtur terræ caleatio, sed insiguntur in limbo, lapsu exprimente coloris in exitum falsitatem; cum ibi maneat, quin possit movere pedem. Inanes & leves cause per urbem circumducunt (inquit Senec. de Tranquill. cap. 12. Nihilque habentem in quo laboret, lux orta expellit: & cum multorum frustra limitibus illis, per salutaris, à multis exclusus, neminem ex omnibus difficiis domi, qui in se, convenit. Si exeuntem è domo interrogaveris: Quò tur? Quid cogit? Respondet tibi: Non hercle scio; sed aliquis vadebo, aliquid agam. Sine proposito vagantur querentes negotia. Nec que aestivaverant, agunt; sed in qua incurrerunt. Otiosi sunt in negotio. Vita illorum vaga est. Sole in vulnera venantium illigant, exeuntes tantum ut exeant. Apparent libertate, quicquid custodia fovebatur in corde.

Aspicit astantem protecti corporis umbram, Exanimis artus, inuisaque clausura timentis Carceris antiqui. Pavet ire in pectus apertis.
10 Vivide, ut competatur ad exitum simulatio Monachij qui pectus celat, ut sine obice in vulnera corruat. Sequar te Domine (dixit quidam Salvatori) sed permittite mihi primum renuciare bis, qua in domo sunt. Imperfectè Iesum sequetur, si aliquid primum in Christi sequela, præter sequi, cogitatur. Quicquid haberi quæ, valer sine testibus renuciare cor: & qui Salvatoretem, saculo valedictò, sequitur; ut perfectè sequatur, debet fugere vanitatem renunciationis, &

Genef. 7. 1.

Damexi tus quæritur cau seguer riruna

Senec.

Lucan. 9. 61.

Imperfec te Chrisi 18 sequitur, quis qui non sequitur, ut equatur.

Lucan. 9. 61.

Imperfec te Chrisi 18 sequitur, quis qui non sequitur, ut equatur.

8

& simul propendere in renuntiationem vanitatis. Non placuit Christo renuntiationi, quia sicine aliquid servabat, cui ardebat perfectio; sese sequenti potius, quam Christum, titulo perfectionis renuntiatione bonorum: equidem si verè studeret perfectionis statui, renuntiasset etiam renuntiationi; quippequam in perfectione abnegationis bonorum, perfectus est abnegare se ipsum. Non aptus iudicatur regno Dei, qui Christum sequitur sic. Iam in Christi degebat societate; qui propter renuntiationem in domum cupit redire: pietate plenus videbatur conatus, & erat diaboli dolus; ut relinqueret, quod cuperat, & nequaquam perficeret, quod devotè cogitaverat: Christoque, cogitanti periculum, displicet, quod illi titulo virtutis placet: quoniam si diaboli in via perfectionis anfractus, cum huiusmodi affectibus; fatius esset non intrasse, quam sic in perditionem exire. Pende embolium demonis, superficie perfectionis. *Permitte primum mihi renuntiare his, quae domi sunt.* Non hoc sane sequi Christum, sed reverti domum: minime proficiscitur, qui revertitur; dumtaxat igitur ei contigit virtutis profectus, qui ponit in via gressus suos.

11 Quid ergo ab illo cupitur? Disponere domum, dividere bona inter fratres & familiares, ac inter illos ex distributione compescere lites; ne ex aviditate facultatum orientur, quae sine domini distributione orientur. My! Grande itaque opus, nisi demonis huiusmodi colore lateret laqueus: Christique haud approbat huiusmodi voluntatem, quamvis propter illum demonstret seculi renuntiationem; quippe idem esset, domum indulgentia Salvatoris ire, ac in scholam non reverti: igitur qui Christi societate afluabat fervidus, conversatione suorum suffocaretur spiritus. En miserabilis (verum cavendus) articulus, quo nonnumquam perit Monachus. Arcere lites, concordare dissidentes fratres; videtur virtus, ad quae facillimè conceditur exitus, quo fallitur colore virtutis fervidum in claustris cor, disponere intendens in pace, quae domi sunt, & iterum redire in claustrum, ut perfectius tranquillitate parta; sequatur Christum: fidenter fratris exiens, pericula ridens; equidem in corde fervida perfectè charitas, mundi compefecit illecebras: sed decipitur: qua de causa cupienti eiusmodi facultatem, nequaquam à Salvatore conceditur; quippe in exitu semel nacta libertate, raro revertitur corde, fideis super negotia negotijs, ad excusandas excusationes in peccatis. Tyrannus videbitur superior, si in huiusmodi tractu eius con-

sensus negatur; maxime ne relegetur cupita pax, cum subditus exit disponere in pace, quae domi sunt; in quo & eminet charitas, & rutilat pietas. Verum Christus minime assentitur, ubi eiusmodi facultas, quasi in perfectionem petitur: igitur cum in saeculo uti virtutis obices, laquei simulentur illecebris; multi Monachorum pereunt titulo pietatis: transgressioneque inliciti patet iniquitas, quae videbatur amulanda charitas.

12 Quam ad medelam Monachorum Pater! *A seculi actibus se facere alienum:* monet discipulum, *Regul. Sancti.* cap. 4. Elucet Evangelicus articulus. Aliud est, à seculi actibus alienum esse; & aliud se facere. Alienum sanè est illi, qui in saeculo nihil habet, quod relinquat, aut disponat. Non alienum, qui bona habet, quibus renuntiare possit: & Monachum monet, in huiusmodi renuntiatione, ab actibus seculi se alienum facere: quippe si vadit, disponat ut proprium; quo exivit animo, numquam redibit in claustrum. In Monasterio raro demon corda capit, quoniam claustrum custodit. Inferit species virtutis; ut in seductionem, corruptelae deurentur species, & trahat in exitum, quem videt in claustrum tutum: insidiatur simulans pericula, ut illum inveniatur sine custodia, ingerens intra phantasiam uti perfectionis culmen, propter Christum bonorum renuntiationem; distributione seculi bona, ne orientur iurgia: hi actus seculi, in claustrum virtutis nimis colore; & in periculi effugium, cavet Benedictus minime exire extra claustrum; quippe non corrueat, nec cadet, si suorum se ita alienum cogitaverit; quasi ad illum in mundo nihil mundi pertineret. Hæc est in claustrum vocationis, atque virtutis perfectio. Aliter periculum. Si hoc est in viridi, quid erit in arido? Si imminet ruina, & status corruptela, in eo qui aliquid habet, quod agat; quid tandem erit in eo, qui tantum exit, ut exeat? O Monache! Ruina hæc sub manu tua. Si malum, ac morum periculum à seculi actibus se non alienum faceres; quid non esse?

Mortuus at seculi proprios ne fingite mores.
13 Hi non Monachi, non discipuli Christi, neque caelestibus apti; quoniam ab illorum cordibus non exulat amor seculi. Audito voto eius qui Salvatore dicebat placuisse sequi; statim respondit: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno Dei.* Non inhibere videtur ad aratrum manum extendere; sed tantum, cum aratro retrò respicere: quid quod retrò respiciat, si incessanter arat? Materia virtutis, virtus non est: ut virtus sit; necessarium,

Debet etiam renunciari invidia.

Non proficiscitur qui revertitur.

Perunt seculi in volui ne gerij, titulo obavit.

S. Ben.

Megitur in exitu facultas, ac introducatur pravitati;

Sevens.

Cur fleberat, erant.

Ovid. 2. Metam. Fabul. 1

Bugnot hic.

V. 62.

Non est, Christum sequi sed occidit.

Matth. 23.

rium, quod rectè procedat cor: ni in arantibus eiusmodi fervor; quid prodessit illis, nisi labor? Equidem sine cordis rectitudine in ea qua colunt, in vanum laboraverunt. *Dam versa aervice, oculos respicit arator, Sarcules obliquant, deserviuntque boves. Urge propofitum simul & cum lumine, mentis Oberte officio seculus usque tuo.* Ita Lebeus-Batill. d. *Emolem.* 46. Hæcine sententia Christi in eum qui cupiebat sequi; sed redire in domum, bonorum renuntiationis specie: & cum ludicia frustato labore aratio, si forsam respicit retrò; facultas redeundi à Salvatore negatur, quia qui sequitur arans, non rectè sequitur. Ut rectè procedatur in opus, sollicitatur aspectus. Alio in opere respicere, est opus perdere; quippe in opere non opus, ubi arationis amittitur fructus: aratorum tanto labore desipit, quoniam non facit quae facit, si quae facit arando minime videt.

14 Clarius. In vocatione sequendi Christum, retrò relinquatur seculum; quod quidem si videtur, non relinquatur. Arare, est vocantem labore propter virtutum perfectionem sequi: & laborant in vocationis campo, caelestis agricola interdicit. respicere retrò; quippequam nihil operis in aratione virtutis, si habetur in exercitio & seculum coram oculis: equidem si vocatus sequitur, & videtur quod relinquatur; decipitur, amittiturque in aratione laborem, quoniam non sequitur vocationis rectitudinem. Feruntur saepe lumina, quò pectoris desideria: retroque respicere, nocet labori; igitur nullus fructus laborantis in claustrum, si cor habetur in seculo. Non aptus est regno Dei, qui habet sic divisum cor. Quae sequela, quae vocatio; si respicitur retrò? Si modò respectus placet, cur pridem fugit? Latente in praesentiarum insidiatoris acerbitas? O Monache! Non est tua tuta voluntas.

— *Per insidias iter est, formaeque feravis. Finge datos currus. Quid ages? poterisque rotatis*

15 Virtutis huiusmodi cogitatio species est, non opus virtutis, cuius tantum species. Quantum nocementi in corde, si nocet, tantum respicere? Non legitur Salvatoris secutum fuisse legem, qui ut sequeretur optabat exitiosam conditionem: etenim numquam verè sequitur vocantem Christum, qui virtutis velamine sequitur seculum. Pende. Mattheo dixit Magister caelestis: *Sequere me: & surgens, secutus est cum.* Expressit in bonorum renuntiatione.

ne perfectionem, sequi vocantem. Quid praesens hypocrita? *Sequar te Domine: sed permittite mihi (sine huiusmodi permissione, non sequar) renuntiare his quae domi sunt.* En hypocritæ artes; quasi nihil vellent facere sine permissione Superioris. Se sicine invitatur in scholam; sed à Christo non vocatur, nec admittitur, quia sicine. Quid enim in virtutis itinere non cuperet, quam Christus in sequelam non vocabit? Vocatio ab Evangelista non ostenditur; ut qui fiat hi intra claustra, cognoscatur: equidem quamvis arent, respiciendum retrò, non est vocatio. *Permittite mihi.* Noluit. Sunt utique in corrupelam decipulae, & demonis artes, huiusmodi permissiones. *Permittite mihi.* Verbo tenuis esse perfectum optat. Christus reditum negat: igitur in seculo derelictum non exeundum, cum ille voluerit sed cum Deus iussorit. Redeamus in Noenum, cuius suspensum reliquimus digressionibus articulum. Iussu Dei in Arcam, propter mundi periculum recessit, ibique grassante procella, mansit. Iam enim quae aquis ebria, apparuit arida; securitatem asserente columba. *Intellexit ergo Noe, quod cessissent aquae super terram. Vidit quid excruciatum esset superficies terrae. Quid? Adhuc expectavit, cunctaque secum intra claustram continet. Quid expectavit, si aperta fenestra, omnia tuta videt? Ne tuta tantum videantur, quae tuta videntur. Locutus est Deus ad Noe: egredere de arca tua, &c.* Iam secura omnia, dum Deus praecipit egredi de claustrum. Periculis cavendum est ab eis, qui propter periculum, confugiunt ad claustrum. Haud spontè exeundum, etiam nullum periculum videatur apparere; quoniam ubi non apparet, struantur insidiae: ac cum causa insit in exitum, & obediencie urgeat inviolabile mandatum; in ipsis seculi periculis nec periculum erit, quoniam Deus exire extra claustra iubet. Quomodo ergo sine exitu exeundum de claustrum; dicemus Tautolog. 6. *Didasc.*

16 In loro signatur, ut saepe diximus, obliquo patriæ, & luctet speculum perfectionis vite Monachi; qua de causa Sacerdotes Aegyptij Heliopoli habebant plantatum in atrio templi. Vide dicta, *Tom. 3. T. 7. D. 1. à n. 9. Lotus indicat, quod ea ante Solis emersum (ait Pier. Valerian. lib. 5. 2. esp. 35.) implicata folia habent, quae quidem ita sensim exinuantur, aperunturque, ubi magis & magis extolitur inhar Solis. Eodem vero decedente, folia ipsa vicissim contrahuntur, complicanturque incipiunt, ac insinuantur velati nulli parere velint, quam Numini, quod*

Ubi sup

Si in saeculum si non subitio, non est vocatio.

Genes. 8. 11.

Verf. 12

Verf. 16 Non exinuantur, cum nullo modo placet sed cum Deus iussorit.

Pierio Valer.

Lotus, cur veri Monachi ipsi.

quod venerantur: atque ita, quibus liceat modis, eo abeunte, sese intra claustra cobeant. Per receperunt intra claustra elucet faculi derelicti nec memoria: indole sanè fugit, ubi Deus uon apparet: in claustraque flos recedit; vel ne amittat, vel in claustra ut inuenire possit. Haud aliter Monachi intra claustrum, in atrijs domi Dei nostri florebut: etenim cum siccae turti sint, & dollis vafri mundi pereat cor; amor Numidi conftituit custodias, ne extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

17 Inter demonis odia, mundique ludibria, quippe ab illis placet decipi: refert Delio choreas diaboli. Circulum (inquit, lib. 2. Disquisit. Magic. quat. 10.) efformabant pastores, ut descenderentur à Sagis. Tunc illos varijs figuris inclusos illudebant. sollicitantes ad se trahere, plaudentes varijs musica instrumentis, sicis in aere cordis illecebris, nudis feminis cum aureis annulis procurantibus clausos extendere manus; ut cum pratiofis geminis annulos insererent digitis: verum si quis extenderet, apprehensus educeretur è circulo, & numquam post apparebat, &c. Huiusmodi demonis adhuc prævalent choreæ, ni Monachi degant intra septa Monasterij: quæ non pingit? Quæ non fingit, ut extra circulum extrahatur? Tutò de ipsorum perdicione eriget altu trophaum. Secura præda, si Monachus extra claustra: equidem allecti illecebris, atque phantasia picturis, pereunt sagittis inimicorum; si modò extenderint manum. Sat enim in sæculo à dæmone trahi, ac illic egredi, ut possint lethaliter vulnerari: morisque non esset, nec vulnera; si periculo cognito, remaneret intra claustra.

Nequius oculo, quid creatum est? Ideo ab omni faci sua lacrymabitur, cum viderit. Ne extendas manum tuam. Oculos nequam est invidus, & fascinat, quo illudrit intellectus; uti vidimus, Tom. 4. T. 3. à n. 37. Dum Monachus (quia diabolus circum, quarens quem devoret) est in claustræ relictus, nil nequius oculo, maxime cupido: equidem cum à mundo fasciante, colores felicitatis repræsententur; qui cupidè viderit, ex visione lacrymabitur: non enim alio ducit sæculum visum, nisi in dolorem & fletum. Ne sint lacrymæ, & frustentur insidiæ; sæculum fascians, nec videre: etenim oculo cupido, & illuso intellectu, facile ducitur cæca voluntas in vanitates & insanias falsas: siue insanè in falsitatem vanitatum; quæ cordi & oculis nil relinquunt, nisi fletum. Mirandum (inquit Bernard.

Quæ dia boii ubi reat?

Delir.

Eccl. 12 à 15.

In eis Monachi illa quæ dicitur.

Bernard.

randum; quòd id quod nihil est, amari potest. Hinc planè sentimus unde venimus, quòd venimus, quid perdidimus, quid invenimus. Amittitur specie felicitatis felicitas, & vulnerum dolore anima tendit in lacrymas.

Totum in lacrymas se solvoit amarum. 18 Præterea. Conlruitur à Mundo dæmoneque theatrum actu & dolo in Monachorum ludibrium, qui obfessi, verum securi intra Monasterium; quia pericula non instant, ni extra circulum exeant. Instruuntur varijs scenis colores, delectabilem species, rechte versatiles in fascinationem, illecebre in fraudem, invitantes cum annulis insidiatrice apparencia, quasi desponsuri cum fortuna; ut trahant fascinationem cor. Nequius oculo, quid creatum est? O Monache! Avertat facies, ne lacrymeris. Totum oculis ludibrium. Ne extendas manum. Modò extenderis, peribis. Instruunt hostes choreis insidias, ut exeat: etenim mundus quos trahit, extrahit, dæmonique tradit, ut pleni lethaliu, amarissimorum vulnerum, pereant in manibus dæmoneum. Ne videas: si videris, manum nequaquam extendas: igitur fat, ut extraharis in huiusmodi periculum, extendere manum. Hæc mundi scena, qua infatuati falluntur. Omnes, qui ingrediuntur ad illam, non revertentur. Placent dolores: nec facile reduci, queis dulces acerbitates. Hoc est lignum veritum. Præcepit Deus, ne comederimus, & ne tangeremus illud. Si nocet oculos, quid tactus? Rapiet dæmon in exitum, quocumque apprehensum. Patuit in tragedia Lycida, ut accinit Lucan. lib. 3. d. à v. 635.

Ferrea dii puppi nardos manus inserit uncas Affixit Lyfidam. Merus foret ille profundo, Sed prohibet socij, suspensiq; crura retentit. Scinditur avulsus, nec sicut vulnere, sanguis Emitit lentus. Ruptis cadit undique venis; Discursusq; anime diversa in mèbra meatis.

DIDASCALIA VI.

Quam aptè sepultura dicatur terræ oblivionis!

1 Hinc Senec. Epist. 9. inquit: Amici fugiunt, ubi probantur. Maior erit probatio, ubi non fugiant: si quidem longè distat amicorum pectus, si in ostensionem conluntantur funus. Mortuo in cruce Salvatore mundi, dicitur à Luca: 1. d. bant

Fau. Andrel.

Quos manus extrahit, diabolus ospit.

Prov. 24 19.

Geo. 3 3.

Lucan.

Senec.

Luc. 23. 49. Mald.

Si corlon gè, non est presentia in presentia

Psalm 17. 13.

Verf. 13

Nimis sentiant animi in purgatorij penis ab amicitia detrahi.

Psalm. 68. 25.

bant omnes noti eius à longè. Iuxta crucem erant: inquit Maldonatus. Unde à longè erant? Erant iuxta crucem, sed iuxta crucem stabant: & non erant ibi qui presentes, ad spectaculum summe calamitatis; quoniam nulla presentia etiam presentis amici, ibi adesse & sic stare. Eiusdem doloris penam in purgatorio (Davidis ore) afflicte queruntur anima. Vim faciebant, qui querebant animam meam. Quid tunc amici? Afferuntur in societate solatium? Nullo modo: Qui iuxta me erant, de longè steterunt. Non erat amicorum presentia, etsi essent iuxta. Illorum, dum anima in manibus hostium, implorabat auxilium. Vini inimici faciebant; sed amici iuxta, stabant: longèque cognoscit, quos secum habet, & cum ampliore dolore, inimicorum furentem crudelitate; quippe quarentis adversus hostes ab amicis suffragium, anima summum tormentum, quòd inimicos pro viribus non expellerent, sed sic videntes tribulationem, starent.

2 Patet. Amici mei & proximi mei adversum me appropinquaverunt & steterunt. Adversum? Nonne appropinquaverunt, ut starent iuxta amicum? Utique. Hinc vehementior cruciatus, quippe inuicilis aspectus. Appropinquarunt, sed steterunt. Ni tormenta animæ aspicerent, in omfitionem suffragij excufationem haberent: & anima præfates amicos signat ut hostes, & societate distantes; quoniam ab amico longè, amicum videre in tribulatione, & ibi stare quasi non essent ibi. Afflictionem animæ videbant; & non pro illa, sed adversus stabant: igitur non amici, sed inimici officio; afflicto haudquaquam fcurrere, & afflictionem videre. Amici & proximi & mei. Fatale animæ vulnus, in levandam ærumam; non eius, qui eius: siquidem cum proximis, ut sui essent, gratia beneficiorum congliaffer, & amicos per varia dona fecisset; grave profecto benefactori tormentum, tot inter gratijs dignatos, non posse invenire amicum. Sufficit, qui simul contraheretur & non fuit; & qui consolaretur; & non invenit, Sufficit. Perproprie. Cruciamine patiens, non queritur de cruciamine; quia dolor maior insicte dolore, quòd amici ibi cum essent, non starent uti amici. Amici & proximi & mei. Cuncta memoriam excitant, ut afflicte fit in subsidium recordatio, atque consolatione fugiat afflictio. Funeri amici appropinquant; sed stantes, cuius recordantur, haudquaquam memorant, in presentia absentes, & patientem amicum iplo in honore

gravantes, quasi essent hostes: etenim non amici, amici recordari, & amici summe necessitatis oblivisci. Quia amici & proximi & sui, animam querebant, amicitiam demonstrabant: equidem vel moreno amico, eius erat, seu potius videbatur, recordatio. Vim facit, quoniamque violenter premit. Hostis cognoscitur, à quo pena dire infertur: dicitque circumspiciens obliviofam amicitiam, & vim faciebant qui querebant animam; quoniam ab absentiibus, coram amicis, maiora tormenta, ubi anima tribulata ad suffragium nec memoria. Quid amici presentes & stantes, ubi anima (ut accinit Virgil. 6. Aneid. v. 739.) Exercentur penis, veterumque malorum Supplicia expendunt?

3 Hæc non amicitia; cum eius, cuius erat, obliviscatur anima: maxime dum elati obsequium, ante fatum, anima amicum dicebatur dimidium. Fucum pingit & obijcit Stoicus, quòd dudum. Qui propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat. Quem admodum caput: sic desinet. Paravit amicum adversus vincula latrum opem? Cum primis creperit catena, discedet. Hæc sunt amicitia, quas temporarias vulgus appellat: & iure, sui enim vel in officio erat, & non amici. Quæ in Purgatorio patiantur anima; haud facile dici.

Ast alias manicaque ligant cretesq; catena. Lux etiam amata perit, nec fulgur curruunt Clara: sed obscurum nimbosus assiluit aer, Nocte sub extrema, pulso torpore quietis, Indulserit more. Hinc à Davide dicitur: Dolores inferni circumdederunt me. Incluserunt, circumdederunt: haud, sicut illos qui in inferno deorsum, concluderunt; quippe cernulatur effugium, ut mittantur in elysium; quo quidem anima caret,

Donec longa dies, perfectio temporis orbe Concretam exemit labem, puramq; relinquit Etheris sensum, atq; aure simplicis ignem. Sic itaque qui ingrediuntur in paradifum, per gladium flammeum nancifcuntur ostium: sed interim, Infectum claudit scelus, aut excurrit igni. Quò quidem macerantur ita vi tormentorum; ut perpetiantur infernum, at cum discrimine; qua de causa dicuntur dolores inferni: etenim propter gravitatem criminis, & virtutem activam concessam flammis, in absterfionem piculi; estò non sint in inferno tormentorum, sunt in tormentis & doloribus inferni.

4 Infernum & dolores exponuntur à Christo. Nocentes (ait) Angeli mittunt in ca-

Sine suffragij, qui amici presentia, boni.

Virgil.

Senec.

Lucan. 5. Pbarf. à v. 610. Graofit m; sur saorij fang. Psalm. 17. 6.

Virgil. d. à v. 745.

Ibid.

Math. 23. 39.

caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Ut denotetur eximius dolor, obijciantur ignis, fletus, & dentium stridor.

Unde ad insat do lorum inferat

Frigus singulare, quippe ex igne. Ignis nova forma, quoniam sine materia: & denique fletus summæ amaritudinis; quia sine lacrymis. Si ignis materialis, unde animabus quod esse causa doloris? Hinc vehementior dolor animæ, dum sufficitur igni loco materiæ. Si fletus passio corporis, in illo præ se fert pondus cruciaminis: igitur animam affligit fletus, quasi esset corpus. Si gelu ex absentia ignis, unde anima friget, dum ignis torquet? Contrarium disponitur in angorem, atque animæ intensissimum cruciamens: igitur magis gravat, quod in dolore summum igne rigescat. Videbis dict. Tom. 3. T. 4. D. 4. n. 18. & Tom. 4. T. 6. D. 10. n. 34. Opportune Bernard. de Divers. serm. 28. n. 6.

Bernard.

Unde nobis (inquit) ista distimulatio? Quicquid nunc parvipendendo transimus, palpando tegimus, distimulando negligimus; quanto illic cruciatu vindex flamma consumet! Cruciaminum excedit ignotum genus, ipse cruciaminum modus.

Pontan. Carm. 20. Lucret. 1. v. 327.

Et sine morte facis cruciatibus insat: Ut validis qua de tormentis missa feruntur.

Luce. 2. 35.

5 Haud secus visum in corde Virginis-Matris, ex passione Salvatoris. Facta velut mare eius dolorum procella, ubi cruciaminum impetè intraverunt flumina. Tormenta erant coram oculis, sed modum Simeon illi prænuñciavit verbis: *Tuam ipsius animam pertransivit gladius.* Omnimodò penam vehementem exprèsit; ubi dolorum subiectum, instrumentum, & utriusque effectum dixit. Subiectum signavit animam: instrumentum, gladium: effectum, gladij in animam transivim: *Pertransibit.* De animæ doloribus sermonem inferit; dicitque, quod gladius illam percussit. O dolor matris! Aptius: O ingenium doloris. Dolebat anima, verum ut anima non dolebat. Sentiebat animæ vulnera, sed non sentiebat ut anima. Corpus ut materiale patitur gladium, quod corporeum instrumentum. Anima patitur spiritalibus potentij, in quibus & per quas ad illam transeunt dolores: iureque exponitur dolor summus, ubi in anima vulnus iungitur gladius: quippe summa tormenta patitur anima, modo vulneretur per materialia instrumenta. Causa subest. Nihil in spiritali, corporeum instrumentum valet agere, sine miraculosa elevatione; unde potest cognosci in huiusmodi supplicij, divinæ quanta propensio pietatis: igitur ita dili-

Quanti Virgini dolor animæ, in passione filij.

Per Dei elementa, nec essariis, miraculorum, ut accedat ad sup. plicium.

git hominum animas, quas gratiâ sollicitat in deliciis; quod necessarium miraculum, ut accedat ad supplicium. Elevatur corporeum in animam spiritali, aggerans supra quod potest dolorem: animaque tunc summa patitur & summè, quippe percussit à quo per se nequit pati. Iure vehementiorem exprimit illatam ærumnam, ubi dolor extenditur ultra sphaeram: igitur si anima ita perpeti constringitur; elevatur dolor, quia instrumentum elevatur.

Vasane ingeminat læsa tormenta per artus.

6 In huiusmodi scopum collimavit David, dicens: *Erue à fræmea Deus animam meam.* Quid his verbis David indicet, aut quid optet, haud facile dici; maxime cum lancea signetur in vulnus animæ. Crucius hic succinit: *O Deus! hanc animam crudelibus eripe telis.*

Posco, vides, quali tempore fissus optem.

Caictanus hic: *Petit (inquit) animam liberari à penalitate separati status.* Quid in separatione ad vulnus animæ? In vulnus habitudo inhabilis instrumenti. Dolor est, animam à corpore separari; tuncque ut purgetur, amplior dolor in dolore. Instrumentum in animæ vulnus, fuit lancea corpus, absque ulla profum activitate, sine peregrina elevatione: petitque liberari animam separata non à penis, sed à lancea, ubi patitur vulnera; ne patiat, quod ex se pati non valet, & pati potest: etenim si graves dolores animæ; maior afflicto ex materiali instrumento. *Animam crudelibus eripe telis.* Tela non pertransivim animam: & in separatione dicit à telis crudelem penam; quia inde dolores vulnerum crescunt, cum instrumenta in dolores elevantur. A telis anima invulnerabilis stat: & à lancea vulneratur, quæ invulnerabilis est; ut crescat dolor cruciaminis, ex virtute elevationis: equidem tormenta intensiora gravari; quod vulneretur à lancea, quæ vulnerari nequibat. Verum quid habebit in animam instrumentum elevatum, ut sentiat acrius tormentum? Materiali instrumento patitur corpus; quum inferat violentem vulnus: non ita in anima, ubi ex vulneribus subit elevationis tormenta: quæ quidem maiora illato dolore, quippe in dolore acriorem, vulneretur sine vulnere.

Caictan

7 Amplius in seque exprimit. A lancea liberari exorat animam, & etiam de manus canis, quam habet unicam. De canis manu, dicit: Quidni de mortu? Mortuus canis est in inferno, manus verò in purgatorio. Quas mordet, in æternum retinet: quas apprehendit, dire affligit, quippe detinet. Hoc-

Andres lin.

Psalm. 21. 22.

Crucius

Caictan

Unde dicitur in cruciatu afflicto ex instrumentorum, percutit

Uld.

Hocque dicitur animæ vehementius vulnus (quapropter cupidit liberari dolore separati status) quoniam præter sensus cruciamen adauget penam; detineri, ne videat illic gloriæ. Totum dicatur in *to unicam meam.* Genebrard. & Maluend. *Solitaria omni ope destitutam.* Hæc animæ lancea in statu separationis, ubi destinatur piacularibus flammis; cum amici vulnerent, modò non adiuvent: igitur solitaria detinetur in manu canis, ubi infelicitè deserit ab amicis. *Quoniam non est qui adiuvet.* Societas pendet à subsidio, & amicitia à suffragio: & dum tribulatio proxima, queritur sine amicis solitaria; quia in cruciatu eorum memoria reliquit, & non fuit inter penas qui adiuveret, ut è manu canis libera, collocaretur in gloria. *Solitaria, solam animam.* At quomodò animæ solitudo, si aliæ sunt in purgatorio? An quia animæ maior calamitas, dum solitudinem singularem constringit societas? Diximus *Tautol. I. Didasc. 1. à n. 1.* Animabus non solatium, sed tormentum, socias habere penarum. Non possunt mutuo adiuvari, quæ nequeunt penis mereri: patiunturque in ipsa societate solitudinem; quia ex penis nullam penarum solamen. Possunt iuvari ab amicis viatoribus, ne solitaria degant miserè in cruciatibus. Comitantur; qui illas iuvantes, dolorum reminiscuntur: solitariaque dicitur: quæ ab amicis in prefura non iuvatur; quippe quæ sic non liberatur à pena, manet sola & solitaria. Plures assidunt amici funeri. Verum ab anima longè. Sola existit, quoniam non est qui adiuvet. Totus apparatus (post mortem ut ostendat amicitiam) dirigitur in exequiarum vanissimam pompam: animaque amicorum præsentia gemit sola & solitaria; quoniam eius in suffragium amicorum nec memoria.

Genebr.

Verf. 12

Quanta pena in purgatorio animarum, ex oblivione amicorum!

Thren. 1. 22. Cur videtur pena, illas non adiuvant

ras quorum clades, tantæ amaritudinis erat in Propheta fomes. Transire debebant illuc, ut viderent amicorum monumentam. Sumitur in transitum labor: tuncque Prophetae aggravatur dolor; quippe non transeunt, ut videant; sed vident solum, ut transeant. Plura egimus de huiusmodi articulo; *Tom. 3. T. 2. D. 3.* Utsquequaque modò contingit huiusmodi oblitio, cum dolore animarum in purgatorio. Amici accedunt. Ut videant, vel ut transeant? Haud dolor similis, in decursu temporis. *Gravior* (inquit Bernard. *Instruct. Sacerdot. cap. 14. n. 38.*) *omni eo quod pati potest homo in hac vita.* Et videtur? Et transitis? Quia videntes transeunt, non attendunt. Si attendere, non transirent: equidem cum doloris attentione, considerantes animarum cruciamens; nullus transiret, quin sublevaret dolorem.

Bernard

Luce. 10. à 11.

Verf. 17

9 Vulneratus quidam à latronibus, & penè in mortis articulo; fortis, atque in salutem restitutus prætereunte devoto Samaritano; dum eadem viâ Sacerdos viso illo præterivit, similiter & Levita præterivit. Non hos proximum iacentis Salvator vocat, ob omissam gratiam; & eum proximum dicit, qui fecit in illam misericordiam. Quid est esse proximum, vel non esse proximum erga vulneratum & iacentem? Esse hominem, vel non esse hominem. Adiiit Augustin. 1. de *Doctrin. Christian. cap. 3.* Maldonat. hic n. 32. & Novarin. num. 455. Cur Samaritanum hominem, & illos Christus non ut homines signat? Ex articulo constat, Vulneratus semivivus iacebat. *Viso illo Sacerdos præterivit. Levita cum esset secus locum, & videret eum, præterivit.* Novarin. subdit: *Non obiter tantum vidit; sed stetit ut videret, & eius misericordia contemplaretur; nec tamen misericordiam motus, operi tulit.* Uterque vidit dire patientem, & sine subsidio tranfit, nec moveret cor? Homines sanè non sunt: nequibat quippe esse homo, qui penas ita videret, & tranfret facium sine remedio. Cor debebat rumpi præ dolore ita iacentis: & in tranfentibus nec specimen hominis; quandoquidem summos dolores aspiciunt, & sine dolore transeunt. Imitantur Nioben, quæ videns infortunium, versa est in lapidem: igitur gravi corde, ita à pietate alienat in clamante eius conditionis infelicis miseria, vel videntes adessent tantquam statua. Sæxæ sunt corda, nec homines in humana natura: equidem ubi tor angustibus ex vulneribus, iacet homo ab inimicis facius, & videt homo sine motione cordis; in imitagine hominis nec species. Quid ergo erant?

Novar.

Exult in manu te, quis illarum auxilio præterit.

beulorum ludibrium, & phantasticum spectrum.

10 Videtur in omissione suffragij, quod Apollolis visum cum essent in summo angore. Ab eis recesserat oratum Christus. Navicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Describit procelle articulum Marcus. Erat navis (inquit) in medio mari, & ipse solus in terra: & videns eos laborantes in remigando venit ad eos ambulans super mare, & volebat praterire eos. At illi ut viderant eum ambulantem super mare, putaverunt phantasma esse, & exclamaverunt. Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt.

Marc. 6 47.

Christus afflicto iuvat.

Non est hominis, afflictio nem videre, & sine auxilio transire.

11 Ut articulus aptius in nostrum reflectatur institutum; opere pretium erit, notare, per navem in mari procelloso, designari animarum purgatorium, Illic naves

pertransibunt, quippequam non obruuntur etsi agitentur. Unde epigrapha navis apud Picinell. 20. *Anima Symbol. n. 117. Ad ceelum asp. 100. Retorqueatur Ovid. 3. Trist. Eleg. 3. a. v. 537.*

Cum patriam amisisti, tunc me perisisti, putato: Et prior & gravior mors fuit illa mihi. Tamen morte carens, vacuas volat altus in auras

Spiritus. Modò in sacrum testimonium. Amici afflicti, laboriosi inter verberantes fluctus, remigando tranant pelagus. Qui remigantes vidit erat amicus. *Ioan. 15. 15.* verum volebat praterire eos: & qui cupiunt auxilio celestem portum appellere, non hominis arbitrantur, praterire; quippe qui amicos praterit laborantes in angustia, non amicus, sed phantasma. Phantasma vocamus, quod corporea videtur formà non habens corpus. Sic amicus immemori amici anima, assilens iustis, & funeri. Animas videt remigantes navi, pœnarum fluctibus ac procella quassata. Ipse verò solus in terra. Videt, in funis ambulat, sed potens iuvare, sine iuvamine praterit; quin in suffragium moveatur humanum cor. Phantasma lanquam est. Non movetur spiritu, amicorum in memoria nec recordatio. In exequijs qui amicus planè phantasma; quia dumtaxat apparet corporea formà.

12 Hinc apud Priscos sctus Amor Lethæus, de quo fusè in *Ephemer. 13. Mart. & 1. April. num. 14.* Vide interim Ovid. 2. *Remed. à v. 153.* Chartar. de *Deon. Imagin. pag. 197.* & Pausan. *cap. 229.* Dicitur Lethæus per flumen, cuius aqua amoris inferebat oblivionem. In funere amici, cum exprimitur sctus, usquequaque invenitur huiusmodi fluvius: equidem ubi corpus occulitur velo telluris; familiarior amicus obliviscitur amoris. Sequitur, qui magis dignatus (memoria amissa utilitatis) Albanorum mores. *Curam mortuorum agere, nefas arbitrantur; & meminisse mortuorum, habent loco sceleris:* ait Ravius Textor, 7. *Offic. cap. 48.* & Cœl. Rhodigin. *lib. 17. cap. 19.* Lethen gustauerunt in amicitia, cuius potu defunctorum nulla memoria: equidem cum quæstus, humanam qui amicitiam conciliat, in fato sancto evanescat; utilitatis cassæ nefas arbitrantur reminisci. De singulari terra mentionem facit David, quam habitant sapelapibus qui mortales, quæ dicitur *Terra oblivionis.* De sepulchro intelligitur à Genebrardo. Quia non solum moriuntur amici, sed & memoria: terræque oblivionis signatur; in qua ami-

Cur mori cōstruitur purgatorij, & navis pœna animarum

Ovid.

Cur amici sine ularum memoriæ non est, homo, sed phantasma

Amor Lethæus

Rav. Text.

Cur sepulchra oblivionis designentur terræ

Pi. 87. 15. Genebr.

Ritus amicitia

Museu.

Athen.

Infer prodigi, mortui amici recordari.

Sap. 11. 21.

Senec.

Cum cadaver se petitur memoria amici.

Tob. 3. 24.

Pined.

Cap. 2 à 11.

amicus sepelitur; quippe idem est, sub terra corpus humani, ac penitus oblivisci.

13 Utus etiam, ut observat Athenæus, *lib. 12. n. 177.* iamiam moriuri animam fuscipi ab amico; in exitu. Unde à Musæo de *Eronis* dicitur:

— Animam suscepit amantis.

Subdit Athenæus: *Karò visum.* Ritus exprimebat, quomodo amicitia respondendum, ubi discedere amor videbat amicum; igitur si decedens, erat clatus in oblivione; vel absens non discedebat, vivens in amici pectore. Sed *rari visum:* equidem singulare & prodigiosum, amicorum perseverare memoriã, postquam effluerunt animam. Dicit nostra Tautologia. *Iter fecerunt per desertum, quæ non habitabantur.* Desertum dicitur sepultura; quippequam nisi à mortuis, inhabitata: hæcque via designatur in patriam pergentibus, ut mirabilis, cum terra sit oblivionis; quoniam insigne miraculum, quòd in oblivionis terra, sit memoria defunctorum. In sepulchri amici terra, deficit memoria; quia evanescit amicitia. *Hominum sunt ista, non temporum* (subdit Senec. *Epist. 95.*) *nulla atas vacavit à culpa.*

Qui amico ægotanti assiluit hereditatis gratia: vultur esse cadaver expectat. Recordatur hereditatis, non morientis: quippini in amantis oblivionem, cum possideat quam in usum cupiebat hereditatem? Amicitia deauratus profectò quæstus, sine quo longe facit memoria notos; arbitraturque sicut dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius: igitur utopet terra oblivionis, ipsam sepulchrum cingat à memoria & amicum & proximum.

14 Dicit lobus: *Nunc somno meo requiescerem, cum Regibus & Consiliis terræ, qui edificasse sibi solitudinem.* Singulare prorsum adificium, quod sine adificio constat, & implicat! Etenim ubi sine adificio solitudo, ipsa solitudo exponitur habitatio. *Sol tuus* (inquit hic, n. 4. Pineda) *ad sepulchra & monumenta pertinet.* Aptè in memoriã oblivionis à larvata amicitia, deferta ostenduntur monumenta: equidem statim lethæa intercedit oblvio, ac amicus collocatur in monumento. Sepulchrum est amicitia, quod præ amore debet esse in monumentum memoriã. Unde erit anima afflicta gravibus pœnis, ubi post sepulchrum etiam oblvio cadaveris? In amicis lobi præ se fertur dolor huiusmodi articuli. Scrutemur. *Adientes tres amici lob, venerunt singuli de loco suo, ut visitarent eum & consolarentur: cumque elevassent procul oculos suos non cognoverunt eum & sederunt.*

amicum eo in terra, & nemo loquebatur ei verbum: videbant e in dolorem esse vehementem. Ita lob, tradito corpore pravitati demonis, & inflictiis plagis coram amicis. *Dixit Dominus ad Satan: Ecce in manu tua est, verumtamen animam illius serva.* Summam passus calamitatum, iuxta malignitatis potestatem, habens in exercitium Superiorem demonem: igitur plerunque calamitas, modò credatur malignantibus potestas: malignus quippe implacabilis in malo. Excedunt cruciãmina in purgatorio: quandoquidem ibi animæ demonibus traduntur ministris, ut premant diis vexantes tormentis. *Prob dolor! Extremum vita: torqueri videtur.*

Quippe malum vehementis, animas, sævique dolores.

Tom. V. III. Taut.

15 Videamus, an hi patientis amici, vel demonis socij. Venerunt, ut illum viderent, sed non eum videntes, vel amici cognoverant: equidem cum solam aspiciant florentis felicitatem; nunquam cognoscunt iacentem. Viderunt & tædit videre, simulatque viderant in tanta calamitate: igitur ne sic valeret videri amicus; procul elevarunt oculos. Venerunt ut visitarent eum & consolarentur: ar ex huiusmodi visitationibus, animæ patientis plagas assiluntur: etenim amici, pœnas videntes, veniunt consolationis specie, sed relinquuntur absque ulla consolatione: in pœnis utique manent, quasi amici non venissent. *Veniunt venient;* dicitur epiphaticè (ut vidimus suo loco. *Tom. 7. Taut. 02. 0.*) Veniunt sanè qui suffragijs auxiliantur; & non veniunt venientes, qui sine auxilio pratererunt. Innuitur ibid. *Sederunt cum eo in terra, & nemo loquebatur ei verbum.* Alijs loquebantur, sed non loquebantur ei: patientis in solatium animæ, neque vox: imò maior afflictio, urgente tormento: siquidem cum moveri debent in suffragia visa pœna; dum vehementiore manent; quippequam amici & sedent & superfedent. *Pater. Nemo loquebatur ei.* Loquitur animæ patienti, qui auxiliatur oratione, statibus amicis, sine ulla pietate cordis: igitur in solant verba orationum, amico in solamen neque verbum. Ipse oblviosus cognoscunt, dum coram amicitia oblviscuntur. *Videbant dolorem esse vehementem.* Ex pœnis animæ amici, dolorem: ex ipsis, vehementem oblvicis consolationis animæ afflicte sub tyrannide demonis: igitur dum huius furor, patientis accrescit dolor; si videt venientem & sedentem tacitè amicum,

Verf. 6. Praesertim dignus à eorum laetantur

Sou. hic

Pl. 125.

Quæ in amici videtur offensa, aut anima: huc cruciantur

H

cum,

cum, quin apponat medicamen in cordo-
 lum. Dum anise, etfi obnoxie pece, ex
 mortali vite exeurit in gratia; debent appa-
 rere flore; in terra nostra, queis pietas vul-
 nera fanet; quippequam tempus putatio-
 nis advenit D. Thom. *Tempus purgatio-
 nis.* Maluend. *Tempus poenitentia, canti-
 lationis & modulationis advenit.* Cuncta

Cant. 2. 18
 D. Thom.
 Maluend.

ad unguem, quoniam amicorum poeniten-
 tia, animarum patientium sopitur flamma,
 & sanantur facta a demonibus vulnera: de-
 ducentibus Angelis amicum victorem ad
 beatitudinem, in psalmis canentem. Gratia
 Iesu pura cantant.
 — *Inferna saluiter omnia flammas
 Ipse suis lustrat.*

Andrel.
 d.



TAUTOLOGIA SECUNDA.

DEUS ENIM VINDICANS VINDICABIT.

Eccli. 5. vers. 3.

EXPOSITIO LITTERÆ.

EN spem afflictorum, & oblivio superborum in solentium in humi-
 les debacchantium: qui quidem venundati sub peccato, mancipa-
 ti tenaciter flagitiorum voluptatis prolubio; ducuntur in medita-
 ta non lege, sed arrogantis dominantis potestate, arbitantes
 indecoram dignitati potestatem, indictam ex iure traditam e celo legem. Nihil pos-
 sunt, dum cuncta possunt. Omnia lubent, nulla licent: deducunt potestatis arrogan-
 tia iudicaret, si quod lubet, non liceret. Unde illa mererit, non imperatrix, noverca
 Caracalla, ei dixit: *Si libet, licet: an nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non ac-
 cipere?* Vide Ælium Spartian. in eo. Volat turpiter cupidinis prurientis imperium, ut
 accinit Petron. *Carm.* 19. a. v. 2.

Sine lege
 lat. 11 plenius
 furor, &
 abundantis po-
 testate.

Æl. Spart

Petron.

Demon in-
 fatuus.

Senec.

Secunda for-
 tung diffici-
 le fertur.
 Muret.

Summum
 regimini ad
 nom, nefas
 ad inibum.

*Qua sidus currit utrumque,
 Nec satiatu erat: Non vulgo nota placebant
 Gaudia: non usu plebeio ruta voluptas.*

Proprie sub larva hominis cogitationis demonis; quem probris natum magis, quam
 ei loco credes, ad quem fortuna provexit. Suffragatur furor Neronis, respondentis Se-
 necæ dicitanti:

*Id facere laus est; quod decet, non quod licet:
 Fortuna nostra cuncta permittit mihi
 Inertis est, nescire quid liceat sibi.*

Ita in Oclavia, a. v. 445. Secunda fortuna difficile fertur. Mens lenimine efferatur; quippe
 ludens propitia percudit, quos sinistra haudquaquam movit.

*Non didicit modum servare,
 Nec se legibus alligat,
 Sed semper impermissa querit,
 Immodico ebria mens amore.*

Ait Ant. Muret. p. 2. l. 5. *Var. lect.* cap. 16. Ita Daniel 5. 19. de Nabuccho, dicit: *Propter
 magnificentiam, quos volebat, interficiebat; & quos volebat percutebat; & quos volebat,
 exaltabat; & quos volebat, humiliabat.* Summum in regimine damnum, ubi nefas ad
 voluptatis prolubium. Apparuit variata figura in agro, quicquid latuerat in throno. Po-
 tellas sine iustitia tantum ad perniciem valet; ut mentem domet respectus honesti. Horat.
 2. *Carm.* Od. 3. v. 1. & 10. v. 21. Felix qui

*Rebus angustis animosus, atque
 Fortis apparet: sapienter idem*

Con-

Contrahet vento nimium secundo
 Turgida vela.

*Æquam memento rebus in arduis
 Servare mentem: non secus in bonis
 Ab insolenti temperatam
 Latitiam, morture Delli.*

Occurrit frenum, sed non est respectus morti eorum.

Ubi ira cum potentia habitat, fulmen est; & concedere gladium potestatis, tra-
 dere in manum furentis. De Domitiano dicit in *Panegyrr.* Tra an. Plin. *In occursum visu-
 que terribilis, superbia in fronte, ira in oculis, fœmineus palor in corpore, in ore impu-
 dentia, multo rubore suffusa, non adire quisquam, nec aliqui audeat, tenebras semper,
 secretumque captantem, nec unquam e solitudine sua prodeuntem, nisi ut solitudinem sa-
 ceret.* Leo, ex propria conditione truculentus: quid si furiosus, ætroque potestatis
 rabide percitus? Vide quid cogitaverit prolubio dominationis, ut iciret extensionem
 potestatis. Dicam ex Terentio in *Asioph.* Ad. 1. scen. 2. a. v. 1.

*Nullum huius simile factum. Quid fecit?
 Quid ille, quem neque pudet quicquam,
 Nec metuit quemquam? Neque legem putat
 Tenere se ullam.*

Refer Plinius lib. 4. *Epist.* 11. *Fremebat enim Domitianus (inquit) aestuabatque ingenti
 invidia destitutus (id est, ingenti indignatione, quasi a stacu destitutus, ut subdit hic
 Claudian. Minos) nam quum Corneliam Vestalium maximam despoare vitam conce-
 pisset: ut qui illustrari seculum suum huiusmodi exemplo ardueretur, Pontificis Maxi-
 mi iure, seu potius immunitate tyranni, licentia Domini, reliquis Pontifices non in Re-
 giam, sed in Albanam vilam convocavit. Nec in more scelere, quam quod ulcisci videba-
 tur, absentem inauditamque damnavit incesti, cum pfe fratris filiam incestu non pol-
 luisset solum, verum etiam occidisset. Misi statim Pontifices, qui desolendam necan-
 damque curarent. Illa tunc ad Vestam, nunc ad ceteros Deos, manus tendens, multa, sed
 hoc frequentissime clamabat. Me Casar incestam putat, qua sacra faciente, triumphavit
 Blaudens hæc an irridens, ex fiducia sui, an ex contemptu Principis dixerit, au-
 bium est, dixit de nec ad supplicium, nescio an innocens, certe tamquam nocens ducta est.
 Præterea Celer Eques Romanus, cui Corneliam obijcebatur, cum in Comitio v regis cede-
 retur, in hæc voce persisterat: Qui fecit Nihil feci. Ardebat ergo Domitianus & crude-
 litatis & iniquitatis infamia. Licinianus, ab ijs quibus erat cura, pramonetur; se
 comitium & vrgas pati nollet, ad confessionem confugeret, quasi ad veniam. Fecit: con-
 fessus est quidem incestum; sed incertum, utrum quia verum erat an quia graviora me-
 tuebat, si negasset. Quis talia fando temperet a lachrymis? Hic utebatur in penis ti-
 tulo misericordis. Vid. Sueton. in eo, cap. 11. Huc pervenit auctoritas potestatum, ubi
 leges tantum ad arbitria Principum, in quibus insolentia turget.*

Vixque tenet lacrymas, quia nihil lacrymabil. cernit.

Ut inquit Ovid. 2. *Metamorph.* fab. 12. *Magnam partem contumeliarum superbi inso-
 lentisque faciunt (ait Senec. de Const. ant. Sapient. cap. 11.) male felicitatem ferentes.*
 Voluit Domitianus experiri quid possit, cum ita posse nec somniam cogitavit. Bœ-
 tius lib. 2. de *Consolat. Philosoph.* Met. 6.

*Hic tamen scepro populos vegebat.
 Cetera num tandem valuit potestas
 Prodere pravi rabiem Neronis.
 Hæc gravem sortem, quot es iniquus
 Aditus se v. gladius veneno!*

Ad rem Tacit. 3. *Annal.* cap. 38. *Non accusatores fatiscabant, addito malefatis
 crimine, quod tum omnium accusationum complementum. Haud infamiam fugerent
 crudelitatis, ni iustitia inferretur species.*

Hæc cæca mentes, tumefactaque corda secundis!
 Accinit Silius Ital. lib. 2. de *Bell. Punic.* v. 8. *Neque vulgaris animi est, in magnis succes-
 sibus non exere de potestate: ait Plutarch. in Lucull. quod etiam altruit Sallustius in Lu-
 gurt. & Catilin. Ammian. Marcell. in Julian. Ioseph. de Bell. lib. 7. cap. 14. Clement. Alex-
 andrin. 6. Strom. cap. 1. Chrysothom. Orat. 1. de Dei natur. & Salvian. lib. 7. de Pro-
 vid. dicens: Secunda res injunt. Nihilominus suspicantur exitus inflationis. Unde de
 Tom. VIII. Taur. H 2 Ale-*

Horat.

Furiosa in-
 fania impo-
 tentis ira ge-
 rent a.
 Plin.

Descriptio

Terent.

Domitiani
 dicitur ex
 imperio.

Plin.

Quæ cum po-
 testate dicitur
 nis prorsus
 affertur

Ovid.

Senec.
 Vult ut ty-
 rannus scire
 quid possit.

Bœt.

Fortuna in-
 fatuus.

Sil. Ital.

Plutarch.

Nihil cuius
 merita, cum
 dix in om-
 nia.